



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 88. Cancellarii Oratio in Mulinensibus comitiis habita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A. C. 1566.

„Rempubicam studio plane confido,
„ut Dei voluntati pareatur, conscien-
„tia mea exoneretur, plebs sublevetur,
„& iustitia pristinæ dignitati, ac puri-
„tati restituatur: hanc ergo in rem
„mihi opportuna suggerite media, &
„consilia, „

§. LXXXVIII.

*Cancellarij oratio in Mulinensibus co-
mitiis habita.*

Thuan. l. c.
Belt. n. 17.

Postea Regis Cancellarius perorare
jussus in enarrandas Regni calami-
tates fusius excurrens ita conclusit:
„censeo hæc mala ab impunitate, ac
„perversa iustitiæ administratione, nec
„non ab iniquo Magistratum Regimine
„ali, non enim temporum iniquitas
„incusetur, nec eâ malignitati homi-
„num adscribantur, nam nullis tempo-
„ribus Judex ab administranda debito
„modo iustitia, aut Theologus a sacris
„Scripturis bona fide interpretandis, vel
„Belli - Dux a re bellica bene ge-
„renda impediri potest. Ideo errata
„hominum castigentur, atque hi ad of-
„ficiam reducantur potius, nec tem-
„pora, quæ fere hominum mores se-
„quuntur, inculpentur: itaque optimum
„factu videtur, ut bonæ, ac sanctæ le-
„ges Regia auctoritate ex optimorum,
„ac prudentissimorum sententia condan-
„tur,

Sæcul XVI.
A. C. 1566.

„tur, quæ religioſe, & inviolabiliter
 „in poſterum ſerventur: nec inficias eo,
 „quod vulgo jaçtatur, abunde legum in
 „Galliis eſſe, atque ex ea multitudine,
 „ſicuti ex nimio judicum numero, li-
 „tium copiam abundare in Galliis: ſed
 „& hoc verum eſt, quod novis malis
 „exorientibus ad ea comprimenda no-
 „vis remediis opus ſit, & abſentis de-
 „ſuetudine, aut licentia antiquis legi-
 „bus, novæ, quibus præſentia mala
 „curentur, & miſeriæ publicæ proſpi-
 „ciatur, condi debeant: ita novis ſe-
 „ctis paſſim naſcentibus, ac graſſanti-
 „bus ad eas prohibendas, & extirpan-
 „das novis Theodoſii, Valentiniani, &
 „aliorum Imperatorum conſtitutionibus
 „opus fuit, & nunc quoque e Republica
 „eſſe videtur, ut novæ leges condantur,
 „quæ niſi ſerventur, cum id nonniſi
 „miniſtrorum ipſorum culpa, & avari-
 „tia accidere poſſit, illi graviter, ac
 „ſevere puniantur, & ex inferioribus
 „ſubſelliis, ac minoribus Règni Curiiſ
 „hujusmodi peſtes, & miſeræ plebis
 „Sanguifugæ exterminentur, ſupervacui-
 „que judices omnino reſecentur, qui
 „plebis ſanguine, & litium procrea-
 „tione tantum aluntur: præſidiales au-
 „tem Curiaſ in inferioribus tribunali-
 „bus aut omnino, aut ex parte tollan-
 „tur, iisque de publico augeantur ſti-
 „pendia,

Sæcul. XVI.
A. C. 1566

„pendia, sublatis honorariis, quæ vulgo
 „a partibus erogantur, nam damno
 „magnopere publicum justitiæ merci-
 „monium. His dictis Cancellarius in
 „potentiam regiam, ejusque jura ex-
 „currens, ita prosequabatur: Rex ferre
 „nequit, ut ii, qui legum promulgan-
 „darum jus tantum habent, illas inter-
 „pretandi potestatem sibi arrogent: id
 „enim ad solius legum conditoris, seu
 „Principis auctoritatem spectat: neque
 „itidem permittit, ut Magistratus ju-
 „ridici suis officiis cedant, nisi forte a
 „parentibus jam emeritis in filiorum
 „gratiam, si quidem illi idonei, & ca-
 „paces reperiantur, ea abdicatio fiat:
 „itaque in nominationibus, quæ a su-
 „premis curiis fiunt, prensationes, &
 „pravum, qui inolevit, morem tollen-
 „dum cenfeo.„ Postea prolixius de
 Curiarum Regni origine, auctoritate, ac
 ordinatione differens, de superfluo Ca-
 merarum numero restringendo, ac mi-
 nuendo, & ad primam institutionem
 reducendo egit, ac diu examinavit, an
 expediret, ut potius officia, nonnisi
 unico anno, vel triennio durent, quam
 ut sint omnino perpetua. His adjecit,
 penitus abolendam esse illam, quæ fit
 a partibus, honorariam pecuniæ eroga-
 tionem, & ita omnem munerum fordide
 captandorum occasionem fore præscin-
 den-

dendam, deinceps vero honesta & congrua iudicibus stipendia esse assignanda. Sæcul. XVI.
A.C. 1566.
Ex his rationibus subinde colligebat, iudices potius biennales, & triennales, quam perpetuos constituendos esse.

§. LXXXIX.

Edictum Mulinense circa Ecclesiæ res.

Circa hæc propositiones prolixius excurrebat Cancellarius, pluresque desuper instituebantur deliberationes, tandem vero Mense Februario celeberrimo Mulinense edictum condebatur, quod octoginta sex capita complectitur, inter quæ multa ad iubevandos populos, ac refecandas lites perutilia lanciebantur, & quidem in articulo nono Ecclesiasticis sua privilegia asseriebantur, quin eis quovis pacto derogetur. In quinquagesimo octavo agebatur de modo, quo iudicii acta in causis criminalibus circa Ecclesiasticos instituentur, ac dijudicanda sint. Articulus quinquagesimus quintus præcipit, ut tonsuræ, & monasticæ Professionis testimonium per literas, & non per testes probetur. In trigesimo nono mandatur, ut in delictis, casibusque exemptis iudicii acta contra Ecclesiasticos coram Regiis iudicibus instituantur, ac definiantur. Septuagesimus quartus reipsa

*Ord. des
Rois de
France par
Fontanon.
Mem. du
Clerge t I.
2. c. 91. n. 12.
pag. 4.*